Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift

103

nata morte preuenta ex hac luce uirgines
migrauere. Fuit sane honoris moribus et reli
gione patri theodosio non ualde absimilis.
Cuius temporibus quamuis multa externa et ciui
lia bella surrexerint, uel nullo uel minimo
sanguine quieuere. Excepto rebus humanis
honorio, fultus presidio castini magistri mi
litum iohannes inuadit imperium. Anno
ab urbe condita millesimo centesimo lxx.vii. theodosius archa
dii filius xlmus tercius regum romanorum orien
tale regebat imperium. Qui comperto patrui
sui honorii funere, mox ualentinianum ami
te sue placidie filium cesarem effectum cum matre
augusta ad recipiendum occidentis dirigit
regnum. Quo tempore iohannes dum affricam quam
bonifacius obtinebat bello reposcit, ad defen
sionem sui infirmior factus est. Denique uenien
tes placidia augusta et ualentinianus cesar
mira eum felicitate continuo obprimunt, regnique
gubernacula uictores arripiunt. Quorum tunc
milites crudeliter rauennam depopulati sunt,
eo quod illius maxime ciues tyrannice parti